



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum consensus expressus per verba de præsenti causet matrimonium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

ostendit consensum matrimonii causam esse sufficiētem. Secundō ostendit qualis debeat esse ille consensus. 28. di. ibi. Hic queri solet. Prima est principalis lectio, & dividitur in tres. Primo pr̄missio de quo est int̄ius diffinit matrimonium. Secundō ostendit causam effectiūam. Tertiō excludit quandam errorem. Secunda ibi. Efficiens autem causa. Tertia ibi. Quidam tamen afferunt. Hęc tercia diuitur in duas. Primo ponit errorem, & erroris confirmationem. Secundo determinat veritatem. Secunda ibi. His autem ita respondet.

2 IN speciali sic procedit, & proponit primō pr̄missum in quo apparet quod de matrimonio vult determinare, & diffinit matrimonium cōmunitate dicens: quod est viri & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas indiuiduari vita cōlectudinem retinens, ad quam indiuiduam confertudinem pertinet mutua redditio debiri, & quod unus sine altero vuere continentia non potest, nec se alteri altero viuere copulare possit. Postea dicit quod causa matrimonii est consensus cordium per verba de pr̄senti expressus, aliter enim matrimonium fieri non potest. Et confirmatur per plures autoritates quae dicunt coniugium esse post talem consensus, licet carnalis copula non sequeretur. Postea dicit quod aliqui dicunt ante carnalem copulam sponsalia esse & nō coniugium, & aliquos sponsos & aliquas sponsas non cōiuges, & hoc quidem probat: quia sponsus inuita sponsa potest monasterium eligere, coniugatus vel conjugatus non potest. Aliquando enim Autores vocant coniuges, quia futuri sunt coniuges. Ultimō determinat distinguendo de sponfibus dicens, quod sponsalia de futuro coniuges non faciunt, sed sponsalia de pr̄senti. Quod probat per multa iura, quod quādam sunt sponsalia de futuro, quādam de pr̄senti. Probat etiam quod illa sponsalia differunt, quia post sponsalia de futuro, licet sponsi ad ordines accedere, non autem post sponsalia de pr̄senti, &c.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vrum confensus expressus per verba de pr̄senti causet matrimonium.

Circa distinctionem istam queruntur quatuor. Primi est vrum confensus expressus per verba de pr̄senti causet matrimonium. Et videtur quod non: quia proposum est causa prop̄positi, & oppositum est causa oppositi, sed dispensus qui opponitur consensu nō solvit matrimonium, ergo consensus non causat.

2 Item sicut per matrimonium obligatur homo homini, & per votum obligatur homo Deo, sed ad obligacionem voti sufficit pr̄missio interior sine expressione verborum, ergo ad obligacionem matrimonii sufficit consensus interior sine expressione verborum.

3 Item in professione religionis contrahitur quoddam matrimonium spirituale, sed professio sit per verba de futuro dicendo ero obediens, ergo matrimonium carnale debet contrahi per verba de futuro.

4 IN contrarium est quod dicit Magister in litera.

5 R E S P O N S I O . Dicendum quod ad matrimonium requiritur consensus per verba de pr̄senti, vel per aliiquid quod teneat vicem verborum. Quod requiritur consensus patet, quia res ea liberi unius non transit in ius alterius nisi de consensu domini, aut superioris, sed quilibet tam vir quam mulier habet liberum dominium super corpus suum quantum ad actū carnalem qui ordinatur ad cōcūrationem speciei, hic enim actus non cadit sub seruitute, sed solum opera manuali & exteriora, ergo cum per matrimonium transeat ius & potestas corporis unius coniugis in alterū, oportet quod hoc sit per liberum cōsentum cuiuslibet eorum: non enim inueniuntur autoritas Dei (qui in hoc est superior dominus) expressa in contraria. Quod autem requiratur consensus expressus per verba patet sic: quia matrimonium vel est sacramentum vel contractus solum, si sit sacramentum requirit aliquid sensibile signum, cum hoc sit de ratione sacramenti, ut dictum fuit in principio huius libri: tale autem non est nisi expressio verborum. Si vero sit contractus, id est sequitur, quia contractus ciuilis quo obligantur mutuo contrahentes oportet quod ciuiliter contrahent innescat, alioquin non obligaret, sed consensus interior sine expressione verborum vel aliquorum

### Sancto Porciano

vicem verborum gerentium non potest innotescere, ergo non causat contractum obligatorium, vt est matrimonium sed requiritur expressio verborum, vel per nutus & signa que inter mutos tenent vicem verborum, vel per literas inter absentes vel aliquid huiusmodi. Quod autem illa verba debeant esse de pr̄senti & non de futuro patet: quia qui promittit se aliquid facturum nōdum facit illud, sed per verba de futuro nō est nisi promissio de cōtraendo matrimonium, ergo per talia verba nondum contrahit.

6 AD primum arg. dicendum quod illa propositio, si oppositū in opposto, &c, veritatem habet quod aliquid est causa sufficiens, non solū efficiens, sed conferuans, consensus autē qualitercumque expressus non est causa sufficiens matrimonii nisi supposita institutione diuina quae nō concurrit cum dissensu ad dissoluendum matrimonium, sicut cum consensu ad construendum, ideo nō valer. Item licet sit causa aliquo modo efficiens, non tamen conferuans.

7 Ad secundum dicendum quod non est simile de obligatione voti quod fit Deo qui intuetur cor (& ideo apud eū sufficit actus interior) & de obligacione matrimonii que fit homini qui nō potest videre nisi que exterius patet, & ideo pr̄ter consensus interiorē requiritur expressio eius per verba exteriora vel signa vicem verborum gerentia.

8 Ad tertium dic, quod obligatio professionis fit per verba de pr̄senti, vt cum dicunt facio professionem: sed obligatio ad actus futuros fit per verba de futuro, vt promitto quod ero tibi obediens, &c.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vrum matrimonium solvatur per relātionis ingressum.

Secundō queritur vrum matrimonium solvatur per religionis ingressum. Et videtur quod sic: quia minus vinculum soluitur per maius, sicut vrum trāmarinum soluitur per ingressum religionis, & vinculum ingressus religionis minoris per ingressum majoris: sed vinculum matrimonii cum sit humanum minus est quā vinculum religionis quod est diuinum, ergo &c.

2 Item qui spiritu Dei aguntur illi non sunt sub lege (vt dicitur Gal. 5.) sed qui ingreditur religionem videtur duci spiritu Dei & lege priuata, ergo non subiacer legi matrimonii.

3 IN contrarium est, quia Apostolus, i. Cor. 7, prohibet vacare orationi etiam ad tempus nisi de consenu parisi: & ibidem dicit quod mulier est alligata viro quando vivit eius vir, ergo vinculum matrimonii non soluitur nisi per mortem.

4 R E S P O N S I O . Matrimonium potest solui dupliciter. Vno modo quo ad vinculum. Alio modo ad thorum. Primo ergo agendum est de solutione matrimonii quo ad vinculum, deinde quo ad thorum.

5 Quantum ad primum sciendum est quod matrimonium vel est consummatum per carnalem copulam vel non: si non, sic soluitur per ingressum religionis, sicut expressum declaratur est extra de coniug. coniugatorum, ca. ex publico, que autem sit causa huius non est clarū omnino.

6 Quidam enim dicunt hęc esse causam, quia maritus ante carnalem copulam non habet plenam possessionem corporis uxoris sui, nec ecōuerso: quando autem aliquis proficeret religionem, ponit pr̄latum vice Dei in perfecta possessione sui, & quia in promotionis bus fortior est pr̄missio possidēt, ideo talis debet & potest in religione manere & non redire ad matrimonium. Sed hęc ratio non videtur valere, quia secundum eam qui contrahet et cum aliqua primo per verba de pr̄senti, & ante carnalem copulam acciperet aliam, & illam cognoscet, solueret matrimonium cum prima: quia nō habuit plenam possessionem corporis sui, & deberet manere cum secunda cuius plenam possessionem corporis habuit, quod est falsum. Et iterum talis ingressus est illictus, quanvis ex post factō teneret, hoc autem non est verum, quare &c.

7 Alii dicunt quod hoc est, quia religio est maius bonum quam matrimonium, & ideo nō debet impediri per minus bonum. Sed istud minus valer, quia sic matrimonium consummatum solueretur per religionis ingressum sicut non consummatum: perfectior enim est status religionis